

tem Sedis Apoſtolice per verofimiles coniecturas; cumque Concilium à Sede Apoſtolica confirmatum fuerit, & quod ad punctum Cenſurarum ſpectat diligenter inſpectum; ſatis ex eo verofimile apparet non eſſe intentionem Sedis Apoſtolice Indos in Cenſuris pro delictis peculiari ratione prohibitis comprehendendi. Quod ergo privilegium pro abſolutione à Cenſuris conceditur, non arguit veram incurſionem in illas, ſed conditionalem, ſicut in ordinariâ abſolutione dicitur, *ſi forte incurſiſti*, & quia labente tempore accidere poteſt ut Indi capaciores ad ſpiritualia redantur, ut & nunc ſunt plures, & licet obnoxij Cenſuris: quo euentu plenum effectum habeat privilegium. Et ita accipiendum id, quod habet Illuſtriff. D. Petrus de Reyna poſt hæc ſcripta viſus *Tomo 2. de Perfecto Prelato, Lib. 6. Tractat. 4. Cap. 7.* Vbi formam abſolutionis Indorum apponit, qui à fide receſſerunt. Fauet etiam illis communis ſententia, iuxta quam ignorantia Cenſuræ obſtat incurſioni in illam. Pro quâ plures Auctores adducit Diana *Parte 3. Tractat. 5. Reſolut. 13.* & P. Quintanad. *Tomo 2. Tractat. 4. Singularem 8.* Quod & in hæreſi contingere docet P. Thomas Sancius in *Opere morali Lib. 2. Cap. 8. num. 5.* & Recentiores plures amplectuntur. Et licet communiter dicant ignorantiam craſſam non excuſare; ea certè in Indis non habet locum, iuxta explicationem, quam iidem Doctores adhibent, quòd ſcilicet ſit ea, quæ adiunctum habeat notabilem diligentie defectum ad inquirendam legis prohibentis qualitatem, vel an ſit talis lex. Quæ quidem ab Indorum ingenio ſunt valde peregrina. Et clariùs apparet ex eo quòd alij aiunt, ſcilicet ignorantiam craſſam eſſe illam, quæ dolo æquiparatur. In huiusmodi enim gente dolo omnis circa hæc abeſt, paratis audire, quæ Euangelici miniſtri docuerint, ſed ſine dolo in eorum accuratâ inquisitione animis feriat. *Minimè perſpicaces Indorum gentes;* à Concilio iam auditum; quod & ſatis iis, qui apud eos verſati ſunt, experientia perſuaſit. Quòd ſi in aliquibus malitia vincit naturam, ſicut & artem vincere ſolet; non equidem id circa ſpiritualium cognitionem communiter accidit, ſed circa illa, in quæ naturæ inclinatio vitioſa raptatur, dum nonnulli aperiuntur oculi, ut ea faciant, quæ alios ad ſublimiora vocatos, & eiſdem norma ſunt vitæ Chriſtianæ futuri, facitare conſpiciunt. Vtinam & iſtis aperiatur oculi, ut viam perditionis, quâ gradiuntur penitiùs conſpicientes, ab imminenti præcipitio maturè reuocentur. Nec de Privilegiis plura, ut iam de Indulgentiis appendiculum adiciamus, pro quibus ſit

Fauet communis ſententia de ignorantia illa.

Ignorantia craſſa quid ſit.

Indi non competit circa materiam, de qua agitur.

CAPVT XXIII.

De Indulgentiis pro Indis, & Indiis ab Apoſtolice Sede conceſſis.

Indi an Bulla indulgentiarum ad lucrandas Indulgentias. Et pro parte negativa arguitur.

485 **S**edes Apoſtolica in privilegiis liberalis, circa indulgentias etiam liberalem ſe ſtudit exhibere. Circa quas illud in primis poteſt inquiri, an ſcilicet Indi eas valeant ſine Bulla Cruciatæ lucrari, ſuppoſitâ reuocatione generali, quæ à Commiſſario ſit durante

publicatione. Et in primis illud eſt certum, Indulgentias, quæ Bullam ſumentibus conceduntur, ſine illâ non poſſe ab Indis obtineri: conceduntur enim ſub conditione oneroſâ, quâ deficiente, nequit locum habere conceſſio. Pro aliis eſt ratio dubitandi. Nam Indulgentiæ Indis pro augendâ eorum fide, & ut illi in Chriſtianâ pietate fundentur, atque ut nouellæ Eccleſiæ plantæ fructus redemptionis ſingulari ratione percipiant, à Sede Apoſtolice conceduntur: atque credibile non apparet Sedem eandem velle fructum huiusmodi à receptione Bullæ, & eleemoſynæ pauperum iſtorum largitione pendere. Item, Cùm Concilium Tridentinum privilegia reuocet, quæ contra eius poſſunt eſſe Decreta, id non eſſe intelligendum de privilegiis pro Indiis conceſſis, & in ſpeciali loquendo de quodam privilegio PP. Auguſtinianis conceſſo circa primum gradum affinitatis occurrent, ſunt qui cenſeant. Licet enim videatur reuocatum, quia Concilium *Cap. 23. Seſſion. 25. de Regularibus*, omnia privilegia reuocat conceſſa eiſdem, ſi eius ſint contraria Decretis, quòd & Pontifices cauent, cùm privilegia concedunt, eamdem limitationem habentes. Nihilominus P. Quintanad. *Tomo 1. Tractat. 9. Singularem 1.* reuocatum non eſſe ait, quia, ut indicat Veracruz in *ſpeculo coniugiorum, Artic. 27. Fol. 474.* conceſſum fuit pro nouo Orbe. Habent ergo privilegia talia ſingulare prærogatiuam, ut in generali reuocatione minimè reuocata cenſeantur, quòd & ſtatuit Fr. Lud. Miranda in *Manuali, Tomo 1. quaſt. 43. artic. 5. ſ. Secundo dico*, in fine. Id quòd vlteriùs poteſt comprobari ex eo quòd in ſuſpenſione privilegiorum à Commiſſario factâ excipiuntur conceſſa Regularibus, iuxta dicta ſuprà: idque fauore Religionis: ergo & fauore fidei privilegia & Indulgentiæ Indis conceſſæ non debent ſuſpenſæ cenſeri: iſtæ enim due cauſæ ſeu tituli coniungi ſolent in ordine ad eorſdem effectus; quia in negotio fidei cauſa animarum agit ſingulari quadam ratione, ut videri poteſt apud Doctores, quos adducit P. Quintanad. *Tomo 1. Tractat. 8. Singularem 5. num. 6.*

Privilegia Indica non reuocari generali reuocatione.

A maiori efficaci argumetu.

Aliud item plus arget.

In diſpenſationibus extenſionè valere de expreſſo ad non expreſſum.

486 Et hæc quidem roborari ampliùs poſſunt ex eo quòd ſuprà oſtendimus *num. 223.* & *num. 224.* Indos ſcilicet ut lucrarent Indulgentias, non obligari ad ea, quæ pro aliis ſtatuantur, & præſertim ad Communionem, quòd & de eleemoſynâ ſpecialiter dictum, quando pro Iubilæis lucrandis exigitur. Cùm ergo ea, quæ tanti momenti ſunt, ab illis non exigantur in magnis ac ſingularibus Indulgentiis; ex eo videtur colligi neque Bullâ Cruciatæ ad earum conſecutionem generaliter indigere. In diſpenſationibus enim extenſionem poſſe fieri de expreſſo ad non expreſſum, ſi eadem ratio ſit, multi tenent apud P. Thomam Sancium *Lib. 8. de Matrimonio, Diſput. 1. num. 31.* & licet aliqui id negent; quando tamen materia fauorabilis eſt, communiter admittitur. Et videri pro eo poteſt Diana *Parte 8. Tractat. 3. Reſolut. 32.* vbi ex P. Amico accommodatam doctrinam adducit, quam habet *Tomo 5. Diſput. 6. Sect. 2. num. 16.* & præfatæ quidem rationes vim habere videntur non ſolum reſpectu Indulgentiarum, quæ in ſpeciali Indiis conceduntur, ac Neophytis reliquis, ſed etiam in aliis, communibus etiam Europæis: & in Æthiopicis ſingulari

larem

Pro Æthiopicis ſpecialis ratio.

larem etiam efficaciam continent: quia cùm illi ſub ſeruitute vitam pauperiſſimam viuant, difficilius eſt eleemoſynam pro Bullæ obtentione tribuere: quamuis multi domini pie erga eorſdem affecti, Bullas pro eiſdem ſumere ſoleant, quod ex obligatione fieri debere à Miniſtris S. Cruciatæ tentatum, ſed immeritò: gratia enim eſt Pontificia, ad quam neque pro ſe, neque pro aliis quiſquam adigitur, alioquin gratia iam non erit gratia, ut aliàs Apoſtolus: ſed pauci illi, qui pietate permoti id præſtant eorum comparatione, qui circa hoc curam omnem abiiciunt, ad quam expediret ut à Confeſſariis inducerentur, iniunctâ eis huiusmodi ſatisfactione, cùm eam, & maiorem multoties ſoleant illi promereri.

Circa præſentiam ſententiæ iudicium, & noua ratio ex conceſſionibus aliis, pro quibus Bulla non eſt neceſſaria.

487 Videtur ergo ſententia iſta non improbabilis, dum Commiſſarij circa hoc Pontificiam mentem non ampliùs manifeſtant. Et quæ eſſe debet circa gentes iſtas propenſa benignitas, è re magis futurum apparet, ſi circa hoc nihil iſtis oneroſum imponatur. Et prædictis addo, quòd licet Commiſſario facultas ad diſpenſandum in matrimonio iam contracto concedatur, ut non obſtante affinitate ex copulâ fornicariâ ortâ, contrahere ſic coniuncti de nouo poſſint, cùm conditionibus ad talem diſpenſationem adiectis, etiam ſi pius gradus ſit in lineâ rectâ vel tranſuerſali, pro quo videri poteſt Diana *Parte 1. Tractat. 11. Reſolut. 116. & 117.* Indi tamen ad diſpenſationem dictam Bullâ non indigent, cùm poſſint à Regularibus diſpenſari: neque poteſtas talis generali facultatem & gratiarum ſuſpenſione concluditur, ſicut & ſimiles, ut eſt communis ſententia Doctorum. Et quòd præterea Indi ut contrahant vltra ſecundum gradum, Bullâ non indigeant, ſpecialiter adnotat Mag. Veracruz, & ex eo Fr. Ioannes Baptiſta in *Animaduerſionibus pro Confeſſariis Indorum, Parte 1. Fol. 88.* Cùm ergo ad hæc, quæ iuri communi aded contraria ſunt, Indi non habeant opus Bullâ, videtur ex eo fieri pro lucrandis Indulgentiis, in quo nullum Iuris vitium interuenit, ſed Pontificius fauor, eadem non indigere: Neque ex eo fit illos, ſi ita eſſe ſibi perſuadeant, Bullam non eſſe ſumptuos; ſument ſiquidem hortamentis, & frequenter etiam compellentibus Parochis, quia magnum quid in ea eſſe, ut eſt reuera, ſua quicumque mente concipiunt: & Bullæ iplius beneficio aded inſignes Indulgentiæ proueniunt, ut magnorum debent theſaurorum contributione a rerum iſtarum dignis æſtimatoribus comparari.

Cur Indi peculiare non ſit Indulgentia conceſſa.

488 Quæri deinde poteſt quænam Indulgentiæ Indi ſpecialiter conceſſæ ſint. Circa quòd dico aliquas eſſe pro Confratribus ſpecialium Confraternitatum, & Iubilæa in Feſtis peculiariibus eorum contemplatione conceſſa, quorum formæ conſulendæ. Aliæ autem communes ſunt omnibus regionibus Indicas incolentibus, ut nulla ſpecialis pro Neophytis inueniatur. Quòd equidem mirum eſſe non debet: nam omnes illæ iplorum ſunt contemplatione conceſſæ, & iplis ex primariâ intentione, utpote natiuis dictarum regionum accolis, de quorum conuerſione agitur, & Chriſtianâ pietate in eiſdem propagandâ. Et Inde factum ut prima omnium Indulgentiarum, quæ in Bullis nouioribus extant, hunc Pontificum reſpectum ſtatim manifeſtet & quidem

Pius IV. die 2. Februarij, Ann. 1563. ſic conceſſerat: *Ve quoties ij, qui verè pœnitentes & conſeſſi, ſine firmum conſtitutiſ ad Iure temporibus conſeſſendi propoſitum habentes, aliquem ex infidelitate, & ab Idololatria ad veri Dei cognitionem & cultum reduxerint, toties plenariam Indulgentiam, plenariumque Iubilæum conſequantur, adueniētā aliquâ arbitrariâ per Confeſſores ſalutari pœnitentiâ, pro quo eorum conſcientia onerantur.* Sic in Compendio Indico. verb. *Indulgentiæ 2. §. 2.* Sed quia ad 20. tantum annos fuit, iam pridem expirauit. In margine autem notatur, quòd licet expirauerit, eo loco appoſita eſt, ut progoretur, id eſt, ut prorogatio curetur impertrari. Quòd quidem ſic factum, nam à Paulo V. Urbano VIII. & Innocentio X. conceſſa, ſed cum aliqua limitatione, quæ an verè talis, inquirendum, cùm aliàs etiam amplior habeatur.

Pij IV. quædam aſſeſſum conuerſionis inſiſtant.

Adnotatio Compendij.

Innocent. X. conſimilis.

Limitatio quænam in illa, circa Confeſſionem, & Communionem.

Contritio quando ſufficiat ad lucranda.

489 Sic ergo Innocentius poſt citatos: *Omnibus Chriſti fidelibus, in quibuſcumque Oceani Indijs, aut Sinarum regione, vel Braſiliâ conſtitutiſ, præſentibus & futuris, verè pœnitentibus & conſeſſis, ac ſacra Communione reſectis, quoties aliquem ex infidelitate & Idololatria ad veri Dei cognitionem reduxerint, plenariam, &c.* Vbi limitatio obuia eſt ex eo quòd Pius non exigat Communionem, neque Confeſſionem reipſâ factam, ſed ſatis eſſe dicat propoſitum ſtatutiſ ad Iure temporibus conſeſſendi. In eo autem videtur amplior, quòd pœnitentiam à Confeſſore imponendam non ſtatuat, neque ſuper eo conſcientia talium oneretur. Et videtur quidem ſatis eſſe, ut quis ſtatutiſ temporibus fuerit conſeſſus, & ſacra Communione reſectus: quòd quidem tunc eſt intelligendum, quando qui ſtatutiſ temporibus conſeſſus eſt, & communicauit, non eſt poſteâ in aliquod mortale prolapſus; tunc enim ſtatus ille prior non perſeuerat, qui perſeuerare habitualiter videbatur; & ſic neque gratiæ Sacramentales, quæ per Sacramenta dicta conferuntur, & conducere maxime poſſunt ad opus diuinarum omnium diuiniſſimum aggrediendum, conuerſionem inquam infidelium, iuxta tritam Diui Dionyſij doctrinam. Et quòd ad Confeſſionem atinet, cum illa petitur, ſufficere contritionem, ſi ita dicatur, *Contritio, & Conſeſſus*, graues Doctores tenent, ex quibus P. Suarius *Tomo 4. in 3. p. Diſput. 52. Sect. 3. num. 13.* ex quo P. Filliucius *Tractat. 8. Cap. 3. numer. 148.* Neque enim apparet verofimile ut vera contritio ſimul cum Confeſſione petatur, quandoquidem attritio ſufficiat ad effectum Sacramenti, & ita videtur eſſe ſenſus diſtinctiſ. Eſt autem idem quando ſic dicitur: *Verè pœnitentibus, & conſeſſis*, ut in noſtro privilegio; quia vera pœnitentia non niſi per contritionem habetur, quæ eſt dolor perfectus, & ita extra Sacramentum diſpoſitio vltima ad iuſtificationem. Quòd ſi cùm illa Communio pariter exigatur, tunc quidem neceſſaria Confeſſio eſt, quia ita Concilium Tridentinum declarauit. In caſu autem noſtro vtraque ſimul expoſcit, ſed, ut dixi, non proxima, niſi mortale peccatum interuenit; quia hic non agitur directè negotium eius qui eſt Indulgentiam lucraturus, ſed infidelium, quorum conuerſio à Pontificibus expotatur: ad quòd congruè peragendum non videtur ſpecialiter neceſſaria diſpoſitio per proximam Sacramentorum illorum receptionem.

Statum ſolam gratia ad Indulgentiam, de qua eſt ſermo, requiri.

490 Et certe licet abſolute loquendo conuenientiſſimum ſit gratia per receptionem dictam aucta & roborata ad diuinum illud opus accedere; onus tamen huiusmodi ad obtinendam Indulgentiam non ita conueniens apparet, & magis Euangelici miniſtri ad illud erunt propenſi, ſi ab eis ſolus ſtatus gratiæ, receptis ſuo tempore duobus illis Sacramentis, exigatur. Cùm ergo negotium, de quo agitur præcipue, obtineri ſine illo poſſit, neque ſpeciale in ordine ad illud utilitatem conferat, & Indulgentiæ lucrum ſit conuerſionis peculiare præmium; quidquid de Sacramentorum receptione additur, non eſt neceſſarium ut ad proximam referatur. Quod roborari ex eo poteſt, quia Pontifices in conſeſſione dicta teſtantur ſe veſtigii prædeceſſorum Pontificum inhærare: conſtat autem Pium IV. cuius conſeſſionis tenorem dedimus, Communionem minime poſtulante. Ut ergo conſeſſiones conformes ſint, dici poteſt non poſtulante quidem proximam, bene tamen ſtatutis temporibus receptam: atque ita intellexiſſe poſteriores Pontifices, ſuiſque tenoribus expreſſiſſe. Quod autem Pius IV. pœnitentiam imponendam dixerit, & ſuper hoc Confeſſorum conſcientias onerauerit, à ſucceſſoribus eſt ſublata, quia admonitio talis non ita videbatur neceſſaria, quandoquidem Sacramentum Pœnitentiæ id ſecum affert, cuius pars eſt ſatiſfactio, & Confeſſarios ad illam imponendam teneri iuxta peccatorum numerum & qualitatem, nimis notum dogma eſt. Videtur autem ſufficiens & ſalutaris pœnitentia, ſi conuerſionis ipſius cura præcipiatur, quæ ſi effectum habeat, cùm Indulgentiæ tunc beneficium accedat, nullum vltioris ſatiſſactionis onus relinquitur: ſi verò non ſequatur conuerſio, labor ille ſatis egregius & ſatiſſactorius eſt. Poſſet autem videri alicui quòd etiam ſi conuerſio non ſequatur, labor ſtrenue impenſus in ordine ad illam, & ex ſe ſufficiens, ad obtinendam valere poſſit Indulgentiam; quia cùm obtinetur conuerſione ſecuta, illa præmium laboris eſt, & non conuerſionis, ut ſe tenet ex parte conuerſi, & in manu Euangelici miniſtri non eſt: idem autem in quantum idem, ſemper eſt natum facere idem. Nihilominus hoc non poteſt certo affirmari: quia Pontifices potuerunt beneficium illud operi cum effectu coniuncto adligare, quamuis idem ſit labor: quemadmodum irregularitas adnexa eſt percuffioni, ex qua mors ſequitur, & non alteri, licet forte gratiori, quia hæc medicum naſta eſt peritiorum, vel quia miraculoſe curata eſt. Et idem eſt in pœnis aliis Eccleſiaſticis. Ex quo ſit effectum operis multoties attendi, quia ille eſt ſolet index operationis, cuius qualitas, deficienti effectu, non poteſt facile deprehendi.

Conſeſſio- nes diuerſorum Pontificum conſeſſione.

Circa Pœnitentiam iniungendam notanda doctrina.

Indulgentiæ aliæ ex Bullâ Innocentij X.

Indulgentia pro viſitationibus Eccleſiæ Societatis certis diebus. Vbi an communis pro Indijs.

491 Sequitur ſic in illâ: Nec non eisdem etiam vere pœnitentibus & conſeſſis, S. Thomæ Apoſtoli in Indijs prædicati, vel aliquam ex certis dilectorum filiorum Preſbyterorum Societatis IESU Eccleſias illarum partium Deo, vel in honorem ſanctorum erectis. Nec non omnes & ſingulis huiusmodi Eccleſias Colle-

giorum, Domorum, & Reſidentiarum eiſdem Societatis regionum præſatarum, ſaltem inter ſe per centum miliaria diſtantes, ut ſupra erectas, ſingulis annis, quatuor diebus feſtis, Domini noſtri, B. Mariæ Virginis, aut ſanctorum, per dictæ Societatis Prepoſitum Generalem deſignatas, viſitantibus, & inibi ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum ſumentibus, ac pro Gentium & hereticorum conuerſione pias ad Deum preces fundentibus, etiam plenariam. Sic Pontifex; in qua conſeſſione videri alicui poteſt nihil de nouo concedi, quod antea non liceret per Gregorij XIII. priuilegium, de quo in Compendio Indico. Verb. Indulgentiæ 2. §. 3. ſimilis formæ: & quidem perpetuum, cùm tamen illud temporale ſit. Licet enim illud de Indiâ tantum Orientali, & Braſiliâ procedat, ad omnes tamen Societatis Eccleſias extendi poſſe non diſtantes per ſpatium dictum etiam in Indijs Occidentalibus conſtat ex conſeſſione eiſdem Gregorij, de qua verb. Gratiarum communicatio §. 1. in quo habetur gratiarum communicationem inter Indiã vtramque eſſe, de quo in ſuperioribus non ſemel dictum.

492 Nihilominus diuerſa videtur eſſe conſeſſio, & ſub ampliori ac certiore formâ procedere: nam in primis Indulgentia pro viſitantibus Eccleſiam S. Thomæ Apoſtoli in Indiâ Orientali, non habetur in illâ priori conſeſſione. Deinde. Quòd debeat illa ad Indiã Occidentales extendi non videtur ita certum: tum quia ea gratiarum communicatio totalis & omnimoda facta eſt viæ vocis Oraculo à Gregor. XIII. ut conſtat ex Compendio Indico, §. citato. Et licet dici poſſit extensionem dictam habuiſſe tantum rationem declarationis, & tales non eſſe reuocatas, ut ſuperius poſitum: id equidem difficultate non caret, quando declaratio vim noui priuilegij habet, ut in præſenti; vbi non priuilegium aliquod, ſed ingens eorum cumulus ad loca & perſonas adeò plures & diuerſas extenditur. Quod item dici poteſt Pontifices ſuis illis Bullis non reuocari Indulgentias, probabile quidem eſt, ſed non penitus exploratum. His ergo de cauſis priuilegium poſterius, etſi temporale, magni tamen æſtimationem eſt, & pro perpetuo habendum, cùm Pontifices ſine difficultate ante finitum conſeſſionis tempus illam ſoleant prorogare. Quod aliunde etiam oſtenditur: nam licet demus omnino eſſe certum priuilegia Societati conſeſſa pro Indijs cum eâ eſſe extensione accipienda: id quidem de priuilegijs eſt intelligendum, quæ Societatis eiſdem filijs conceduntur; idque omnino certum haberi debet, quia Gregorius non tantum viæ vocis Oraculo, ſed Litteris etiam expeditis huiusmodi communicationem indulſit, ut ex citato §. liquet: non eſt autem ita de conſeſſis pro determinatis locis, & ad Indulgentias ſpectantibus, quia illa non concernunt miniſteria, & Indulgentiarum extenſio ſpeciale difficultatem continet. Verba priuilegij ſunt: Ut Priuilegijs ſingulæ eardem Indiãrum & Nouæ-Hiſpaniæ Societatis Religioſi, illis omnibus æque principaliter & omnibus, & per omnia gaudeant, illiſque vi poſſint, perinde ac ſi illa omnia vtriuſque Indiæ, & Nouæ-Hiſpaniæ Religioſis prædictis ſpecialiter ac nominatim conſeſſa fuiſſent. Sic ibi. Quamuis ergo communicatio in caſu noſtro probabilis ſit ex vi prædictæ conſeſſionis;

Eſſe diuerſa ab aliâ à Greg. XIII. conſeſſa, & amplioris formæ.

Conſeſſio circa idem ſed amplior.

ceſſionis; alia profectò magnâ debet æſtimatione recipi, per quam dubium omne circa illius vſum remouetur. 493 Eſſet autem maioris æſtimationis illa, quæ in citato verb. Indulgentiæ habetur §. 4. & ſic habet: Placuit poſtea eidem Pontifici, ut eadem plenaria Indulgentia obtineri poſſit in omnibus Eccleſiis Societatis in Indiâ Orientali non diſtans inter ſe per centum miliaria, in diuerſis tamen diebus à Superioribus nominandis. Eſſet inquam, ſi adhuc duraret, & eſſet Indiã vtrique communis: quibus videtur obſtare, quòd pro Orientali conſeſſa ſit, & viæ vocis Oraculo. Sed cùm probabile ſit nihil iſtorum obſtare, quia in gratiarum communicatione non ſolum priuilegia & facultates, ſed & gratiæ recenſentur, ut ex §. dicto conſtat, & Indulgentias gratiarum nomine venire dubitari nequeat, ex eâ parte nullum eſſe videtur obſtaculum. Quòd verò Indulgentiæ reuocata non ſint: non contemnendi Doctores tradunt, de quo ſupra & ut de alijs minus certum ſit, de iis, quæ pro Indijs ſunt conſeſſa, peculiaris ratio extat, de quo alijs & ſuperius num. 484. Non debent ergo Eccleſiæ iuxta conſeſſionem iſtam per centum miliaria diſtare, ſed quæcumque illæ ſint, etiam ſi plures in eadem vrbe, in eis poteſt quater in anno Indulgentia plenaria diebus per Prouinciales deſignandis comparari. Immo videtur deſignatio fieri poſſe à Superioribus localibus, quia Gregorius nullum ſpeciale expreſſit. Et licet in priori conſeſſione deſignationem faciendam per Præpoſitum Generalem edixit, & in Adnotatione ea Prouincialibus committatur pro §. autem 4. in quo ampliatio conſeſſionis extat, nihil eſt apoſitum, ut ex eo non leue argumentum pro eo, quòd diximus, habeatur. Vbi autem videtur iuxta formam nouioris priuilegij agendum videbitur, & ſpatium prædictum obſeruandum, facilis fieri per leucas computatio poteſt, cùm leucaria millia paſſuum habeat, vnde centum miliaria 33. leucas cum tertiâ leucæ parte, vno inquam milliari, conſiſtunt. Milliarij enim non Germanicum, ſed Italicum, & legale intelligendum eſt: Germanicum enim quatuor Italica continet, vnde neque in Germania, cùm de Milliarijs, aut Milliarijs, in Pontificiis Decretis agitur, Germanica, ſed Italica, intelligenda ſunt.

In Peruijs quomodo Eccleſiæ deſignanda.

494 In hac ergo Peruianâ Prouinciâ poterunt quatuor illi dies pro plenariâ Indulgentiâ à Prouincialibus deſignari Lima, Truxillij, Piſci, Huancavelicæ. Huamangæ, Cufci, Arequipæ, Iulij aut Ciuquiabi, Oruri, Ciuquiſacæ, aut Potofij, & in Reſidentia S. Crucis. Sed dubitari poteſt an poſſint Prouinciales conſeſſionem ita partiſi, ne præcipue Eccleſiæ eo maneant beneficio fraudatæ, ut Potofij duo deſignentur dies, & duo alij Ciuquiſacæ; & ſic in nonnullis alijs. Et videtur id ſanè probabile, quia conſeſſionis forma ſeruetur, dum in eâ dicta poſſe Indulgentiam plenariam obtineri in Eccleſiis diſtans per centum miliaria: ergo dùm Eccleſiæ & dies pro Eccleſiis ab alijs eo intervallo diſtans assignantur, nihil ſit Pontificiæ diſpoſitioni contrarium; duæ enim illæ ob indiſtantiã pro vnâ & eadem reputantur. Et in hoc quidem neque conſeſſionis limites quoad ſubſtantiam Theſauri Indici Tom. II.

Conſeſſio nem in er Eccleſiis non diſtans poſſe partiſi.

exceduntur, cùm dierum numerus teneatur: neque in modo inconueniens eſt aliquid, ſed potius conuenientia eſſe ſpecialis poteſt: & alioqui, cùm ſit gratia, latè interpretanda eſt, ut graues Auctores tenent videndi apud Dianam Parte 1. Traſt. 11. numer. 98. & Bonacium Tomo 1. Diſput. 6. Quæſt. 1. Puncto 7. num. 3. & 4. Quod, ut ſuperius admonui, in illis, quæ pro Indijs conceduntur, eſt ſpecialiter aſſerendum, quia tituli pro fauore reſpectu illarum multiplicentur, vnde & fauor debet ampliari. vide num. 494.

Gratia in- terpretatio amplia.

495 In eadem Innocentij Bullâ ſequentes indulgentiæ cõceduntur. Plenaria iis, qui de Societate in itinere pro fidei negotio ſuſcepto moriuntur. Et illa non ſolis Sacerdotibus, ſed omnibus alijs eſt communis. Fidei autem negotium magnam habet latitudinem: & tale eſt omne illud, quòd ad infidelium conuerſionem ſpectat, vel ad pronouendos Neophytos in Chriſtiana religione: ſive Sociorum adducendorum cauſâ pro Euangelicis miniſterijs profectio inſtituatur, ſive pro obtinendis à Sede Apoſtolicâ ad promotionem dictam facultatibus, vel a Rege Catholico pro eodem litteris impetrandis, aut pro ſubmouendis Indorum oneribus: quia & hoc negotium ſideli eſt, quandoquidem eò tendit, ut ſic Indi ad fidem Chriſtianam auidius & robuſtius aſſiciantur. Et ad hunc modum poſſunt alia, quæ ſunt multa, cumulari.

Indulgentia promouentibus de Societate in itinere pro negotijs ſidel.

496 Poſt Indulgentiam prædictam ſic ſubditur: Scholaribus vero in vtrâque Indiâ exiſtentibus, ac Confraternitati Beatæ Mariæ Virginis ibi canonicè inſtituta adſcriptis, qui in Annuntiationis, & Aſſumptionis Beatæ Mariæ Virginis feſtis, dictum Sanctiſſimæ Euchariſtiæ Sacramentum ſumpſerint, & Coronam vel tertiam partem Roſarij recitauerint &c. plenariam omnium peccatorum indulgentiam & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus. Vbi difficultas eſſe poteſt an Confraternitatis nomine veniant Congregationes, quibus Scholares Societatis & alij canonicè adſcribi ſolent, quatenus id ſit iuxta formam ab Apoſtolicâ Sede diſpoſitam, & videtur planè ita dicendum, quia in Societate pro Scholaſticis aliæ non ſunt Confraternitates: id quòd bene notum Pontificibus, à quibus inſtituta, amplificata, vel gratis ſunt ac Indulgentiis exornata: & præterea ex ſupplicantium narratione, qui pro illis Indulgentias tales exorarunt. Id quòd manifeſtius conſtat ex conſeſſione temporariâ, quæ habetur verb. Indulgentiæ §. Pro Scholaribus, in qua idem conceditur. Et in titulo §. ſic habetur. Pro Scholaſticis Congregationis Beatæ Mariæ. Pro quo etiam eſt conſeſſio Gregorij XIII. in Bullâ, quæ incipit, Omnipotentis Dei, die 5. Decemb. Ann. 1584. quæ de inſtitutione Congregationis Annuntiatæ, & aggregatione aliarum eſt tota.

Indulgentia pro Scholaſticis.

Confraternitatem nominis Congregationes deſignata.

497 Scholaribus alios etiam Pontifex ſumus adiungit, ita dicens: Nec non vtriuſque ſexus Chriſti fidelibus aliquam ex Confraternitatibus canonicè erigendis ingreſſis, qui in Feſtinitate Sanctiſſimi Corporis Chriſti, & illius Octauæ, pœnitentes ſimiliter & conſeſſi idem Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum ſumpſerint, & in cuiuſlibet eorum vtriuſque ſexus Chriſti fidelium mortis articulo etiam pœnitentibus & conſeſſis, ac ſacrâ Communione reſeſſis, aut ſaltem contritiis, ſi conſiteri & commu-

Pro alijs uem.